



Catalogus disert.

1. do. Aug. Ernests
  1. de fide historica.
  2. de difficultibus Novi T. recte interprætandis.
  3. de templo Herodis N.
  4. de vanitate philosophantium eloqua.
  5. de vestigijs lingua hebraica in lingua grecis.
  6. de Theologie historica & dogmatica coniungendæ necessitate.
  7. de libertate iudicandi in causa religione.
  8. de doni linguarum natura ad illustr. 160. XVII.
  9. de operis pastorum ecclæstium et heretorum ad Ep. I. 10.
2. D. J. S. Semler
  10. de liberali doctoris S. I. provincia
  11. M. P. F. Grauer
    11. de ut Christus imago dei innervibilitate, ad 2. Cor. IV. 4. Colos. 1. 15. Hebr. 1. 3.
    12. Spiritus apostolorum Jesu Christi magister arguit mundum ad 1. Thess. 5. 18 - II.
    13. Jesus Christus, quam in contentum est, ad dicti legislator nouus perficit.
  14. F. E. Hieberitz.
    14. de iis qui primicias spiritus accepérunt ad Rom. VIII. 2. 2.
    15. Explicatio capítuli Ad. Paul. ep. ad Rom.
    16. Sigm. vac. Raumgarten.
    16. de exspectatione ab hominibus in secula non obtinenda.
    17. obit. ad illustrationem M. T. ex predictis.
  17. C. A. Wederlein
    18. de vero usq; atque abusa rationis humanae in rebus divinis.
  19. D. Gottf. Löff.
    19. de doni linguarum indeole
    20. de filio hominis
    21. Sententia iudaorum de messia & de Euro ejus regno.
  22. Franc. Volckmar Reinhard
    22. utrum de audictum de miraculis requiriatur inveniatur nature accurata cognitio.
    - q. cunctis sc. Wernsdorff
    23. de amen liturgico.
    24. Iudicium de nonnullis dubitationibus contra rel. Christi.
  25. J. Boni. Koppe
    25. quicq; sit & existens tunc Episcopus eius et quis est Rector 2 Thess. II. 3 - 13.
  26. M. Fr. L. C. Locher
    26. Vindicia iustitia diuina in morte Annae ad Etat. I. 1 - II.
  27. F. Andre. Stroth.
    27. de vera ueritate 1. Pet. IV. 3.
  28. D. C. C. Tittmann
    28. Jesus deus in servatu in ev. Joann. demonstratur.
  29. D. C. G. Robert.
    29. causa belli Ieronimiti aduersus lanae gesti. Recantur multa.
  30. C. D. Pecor.
    30. specimen historie bibliothecorum alexandrinarum.
  31. C. L. Gerling
    31. doctrina de summa atq; dilectione Jesu Christi diuinitate.

Görlau.  
Nº. 129.  
2.

20.

21

ORDINIS THEOLOGORVM  
IN ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA

H. T. DECANVS ET BRABEVTA

GOTTFRIED LESS. D.

VIRI SVMME REVERENDI

CHRISTIANI LVDOVICI GERLING

THEOLOGIAE IN ACADEMIA ROSTOCHIENSIS ORDIN.  
PROFESSORIS DESIGNATI

IN AVGVRalem DISPVtATIONEM

IN A. D. XXVIII DECEMBER.

HABENDAM

INDICIT:

---

*Nonnulla de FILIO HOMINIS praefatus.*

---

GOETTINGAE  
LITTERIS FRIEDR. ANDR. ROSENBUSCH,  
MDCCCLXXVI.

50.

OUTRAGE AND DISGRACE

IN A GARDEN GODS AT ALONE

BY J. DECAUVE ET BRASSAT

GOTTERHEIT PLESSI

BY SIR HENRY ST. JOHN

CHRISTIAN TUDOROWICZ CERTAIN

THE HISTORY OF THE CHURCH OF CHRISTIANITY

BY J. DECAUVE ET BRASSAT

THE CROWN OF DIGNITY

BY A. H. DE GEMMEL

MAGISTER


ST. JOHN

A HISTORY OF MONKS

GOETHE'S GOETHE

BY J. DECAUVE ET BRASSAT

ST. JOHN



**V**IRI doctrina meritisque praeclari eruditam de vera aeterna-  
que Iesu Christi divinitate disserit. litterarum amantibus publi-  
ce significaturus, de quanam re melius possim proludere, quam de  
altera SERVATORIS optimi natura; secundum quam ad infi-  
mum usque gradum descendit? Idem ille, qui nutu terram guber-  
nat et polum, ab hominibus; quum inter illos degeret, vermis in-  
star despiciebatur. Qui super omnia est elatus, idem quoque est —  
**HOMINVM INFIMVS**, seu ex hebraeorum loquendi more **תְּוִיָּה θεωπού**.

EQUIDEM vox haec, **וְאַתָּה θεωπού**, ex genio hebraeae  
linguae graecaeque ad illam conformatae, dupliciter accipi potest:  
denotat enim vel simpliciter, hominem quemcunque; vel infimae for-  
tis, viliissimae conditionis hominem. Ex grammatica ratione,  
**וְאַתָּה θεωπός** aut aequipollat voci **αὐθεωπός**, cui pleonastice iun-  
gunt

gunt hebrei alteram, *vios a)*: aut *filium Adami* significat, denominatione ex historia sacra de *Adamo* omnium, quotquot sint, hominum parente desunta. Perinde est, utram eligas interpretationem grammaticam; eundem enim utraque fundit sensum. *Filius Adami* est vocis, *ανθρωπος*, periphrasis; *hominem* igitur utraque denotat. EZECHIEL Propheta, 33, 10. &c. vocatur בָּנֶן, *homo*; PAVLVS hominum genus appellat *vios των ανθρωπων*. Quem in sensu si eandem vocem interpretetur in locis perobscuris, Ioh. 5, 27. et Matth. 12, 18; omnia plana sunt et expedita. Apud Matthaeum haud facile quis coherentiam cum praegressis ostenderit, si *vios ανθρωπος* de CHRISTO intelligatur. Quid vero impedit quo minus de *homine* quolibet accipiamus? Dixerat SERVATOR, „Caritatem; benevolentiam plus valere apud DEVM, quam cultum religiosum, qui ritibus quibusdam praefatur“ b). Iam inde infert, *Kυριος γε ει του σαββατου οντος του ανθρωπου, Dominus igitur sabbati est homo c)*; seu ex interpretatione Marti 2, 27. „Non homo factus est propter sabbatum, sed sabbatum propter hominem; quam ob causam etiam sabbati dominus, est homo“ d). In loco Iohanne autem, iudicium in *homines* sibi demandatum esse pronunciat SERVATOR, eam ob causam, *quia ipse fit νοσος ανθρωπου, homo d)*. Quid enim aptius, quam iudicium in *homines*, conferre in *homino*? — — Vnum tantum adscribam locum, luculentissimum testem

a) De hebr. plenaris confer, omnino Vossii et Glassii Philol. S.

b) Ελεος, et θυσια, synecdochice accep.

c) Γερ illative, vt hebr. γ, — Articulus praeposit., promiscue adhibe-

ri solet in N. T.; o u. γ, α, est loco, ο ανθρωπος, vel simpliciter, ανθρωπος.

d) ACCEDEIT, hoc in loco abesse articulum, unde patet, non tanquam nomen proprium, intelligendum esse.

testem huius loquendi moris: *Psalmmum nempe Ostatuum*, carmen in-  
ter praeclarissima tue o<sup>u</sup>pus exempla referendum. IEHOVA! DO-  
MINE! Quem magnificum est nomen tuum per omniem late terram! e)  
Tu, cuius laudes in regionibus supracaelibus concelebrantur f)!  
Ex infantum laetentiumque g) ore, tu tibi arcem moliris h)  
contra inimicos tuos, ad perdonandum hostem furiosissimum i). Quum  
video caelos tuos, opus digitorum tuorum; lunam et sidera quae  
efformasti. Quid est homo ut illius recorderis! Quid filius ADAMI  
ut illum inuisas k)! Paulo inferiorem angelis eum fecisti: gloria vero  
et decore coronasti eum. Regem constitueristi operum mannum tua-  
rum. Cuncta ipsi subiecisti: greges omnes, et armenia, vna cum  
belluis campi; volucres sub caelo, piscesque in mari; et quicquid per  
semitas marium vadit. IEHOVA! DOMINE! Quam gloriosum est  
nomen tuum per totum late orbem!

VISITATION haec est vocis significatio. Nonnunquam  
autem cum quadam εμφασει, ad denotandam speciem quandam  
hominum adhibetur, — infirmae scilicet fortis, vilissimae conditio-  
nis hominem; qui sit nullo numero, unusque ex plebe. Etenim

## ¶

e) QUAELIBET enim arena, ma-  
iestatis diuinae praecepit.

f) SENSUS: "quoniam caeli, et quic-  
quid locorum est ultra eos; tuis lau-  
tibus resonant."

g) Non, vt in Orientem profici-  
sanus opus est, ad videndas matres,  
quae infantes in annum usque tertium,  
quartumque lactant. Idem mos obti-  
net inter Europeos quoque: ipse vi-  
di Nemavisi, in meridionali Galliae  
parte, quum essem, puerum lacten-

tem, qui quartum annum egressus  
erat.

h) Grande os poetae!

i) SENSUS: „Infantes, simulacra  
ratione et sermone uti ceperint, DEXI  
„census maiestatem tam perspicue  
„cognoscunt, tamque invicem docent  
„argumentis, ut furiosissimus hostis  
„ad silentium redigatur.“ vid Michael  
his v. illustr. in l.

k) Igitur ¶ acquipollit τω  
ΨΛΗΝ; ανθρωπος.

ארם vox, seu quod idem est בָּנִי אֶרְם, ἀνθρώπος, opponitur τῷ  
Ἄνδρι, magnates, proceres significanti. V. c. Psalm. 49, 3. τοις, בְּנֵי  
Ἄνδρα, tanquam contrarium subiiciuntur ὁ ἐν τῷ πολ-  
λῷ, plebs, infirmae fortis homines. Ita quoque Petrus, amicum  
suum quum turpiter desereret, per conteintum τὸν ἀνθρώπον, eum  
vocat, Matth. 26, 72-74. (Confer adhuc Iuc. 23, 4. 6. 14. Ioh. 11,  
47. 12, 34.) Eademque vis si voci huic in effato illo Paulino  
Philipp. 2, 7. 8. tribuatur; omnis euanescit difficultas. Ita vero il-  
le de SERVATORE optimo, hominum amantissimo. Semet ipsum  
divina euacuauit 1) maiestate, ad seruorum conditionem 2) descendens.  
Tangam vnuis ex plebe infirma natus 3), tantopere se demisit, ut per  
omnem vitam infirmae fortis hominibus similis esset.

Hoc itaque vocabulum cum articulo praepostio, apud  
Euangelistas saepissime, octogies minimum, ad denotandum SER-  
VATOREM ipsum adhibetur. IESVS enim de semet loquens,  
tamen non semper hac vtitur denominatione. Praeter Euangelistas  
autem, hoc SERVATORIS nomen non amplius occurrit, unicum  
in Stephani sermone locum sin excipias; qui videre se caelum reclu-  
sum dicit, et τὸν υἱὸν τὸν ἀνθρώπον ad dextram DEI flantem. Actio-

7, 56.

1) Kevō adhibetur quidem ab hebr.  
pro ταπεινοῦ; sed euacuandi viu-  
omnino etiam refert, vt Ierem. 14, 2.  
vbi absurdissima existeret sententia, si  
per ταπεινοῦ reddatur.

2) Μαρφή, conditio, status, v.  
interp.

3) Ἐν ὁμοιωστὶ ἀνθρώπων γενο-  
μένος non, vt vulgo, reddendum,  
hominibus similis factus: neque SER-  
VATOR hominibus similis factus est,

sed verus omnino homo. Hebr. 2,  
14. Est autem ἀνθρώπος h. l. idem  
ac, δούλος; huic enim voci iungitur,  
μορφὴ δούλου ἔλαζεν, ἐν ὁμοι-  
ωστὶ ἀνθρώπων &c. Γινεσθαι, quod  
quidem opponitur τῷ σχηματι, flat-  
tui vitae, seu integrō vitae cursu, i-  
nitium vitae significat, atque idem  
est ac γεννυτθαι, vt Ioh. 1, 6, 14 et  
al. saep.

7, 56. o) Quae quidem loca si perpendamus, hoc nomen a IESU ipso, sibi impositum esse constat, ipsique tam familiare fuisse, ut eo quam maxime delectari videretur. Idemque nomen vel ex SERVATORIS ore accepit sanctissimus Protomartyr, vel ex relatione apostolorum, discipulorumque. Quo autem demum modo factum est, ut praeter hunc unicum, nemo alias, ne IOHANNES quidem ac PETRVS tali nomine vtatur, quod SERVATORI maxime familiare fuerat et iucundum?

OMNES omnino interpretes in exponenda huius vocabuli origine ac vi laborarunt. Nec mirum! Eo magis autem mirandum, in tam trita via omnes fere aberrasse. Communis quidem sententia refert illud ad DANIEL. 10, 16. 18. Qui quidem locus partem continet visionis eius, quae DANIELI circa gentis iudaicae fata obtigit. cap. 10-12. In hac igitur, quidam פָּדוֹת בְּנֵי אָדָם, tangit labia Prophetae, comm. 16 et 18. Quem quum interpretes tantum non omnes SERVATOREM ipsum fuisse censeant p); in hoc loco originem et significationem ipsius vocabuli se deprehendisse sibi videntur. At vero, de simili filio hominis, comm. 16. פָּדוֹת בְּנֵי אָדָם, et c. 18. de aliquo speciem hominis induito אָדָם פְּרוֹאוֹת אָדָם, loquitur textus, non autem de — FILIO HOMINIS. Quin diserte legimus, illum de quo sermo est, angelum fuisse speciem humanam induitum; siquidem, comm. 18 tribuitur ipsi species humanae similis; idemque Persorum et Graecorum angelo iungitur.

#### FVERE

o) QVAE in Apocalypsi I, 13. et 14, 14. deprehenduntur loca, hic trahi nullo modo possunt. Habent enim simpliciter, τινα του ἀνθρώπου; non autem cum articulo, την τινα του ἀν-

τρώπου, quemadmodum semper adhibetur vocabulum, quando nominis proprii vices gerit.

p) vid. e. c. beati Michaelis adnot. über. in l.

FVERVNT etiam qui nomen, ὁ υἱος του ἀνθρώπου Filius Adami, per ALTERVM ADAMVM interpretarentur; quo quidem tropo PAVLVVS SERVATOREM indicare solet, Rom. 5, 14. 1 Cor. 15, 47. 48. At vero ipse PAVLVVS numquam ADAMVM vocat Seruatorem, sed ἀνθρώπον, hominem alterum. Ipse praeterea hicce tropus, ita PAVLO sóli proprius est, vt in nullo alio N. F. loco eius mentionem innuenias.

ACCIDIT in hac quoque re interpretibus, quod vulgo ita euenire solet, vt facilia praetereunte difficiliora anxie quaeramus. Quid enim expeditius, quod tamen ante Müysterum (in Matth. 8, 20) nemo vidit, quam vt nomen illud ex communi linguae hebraicae vſu, de homine obfcurae humilisque conditionis intelligatur? Summam scilicet SERVATORIS significat demissionem, et vilissimum illum, ad quem descendit, seruorum flatum. Enimvero, quodnam reperiri possit aliud, maiorem in nobis attentionem excitans, atque admirationem? MESSIAS, Vniuersi Rex, inter subditos suos quam viueret, non régum pompa, splendore ac maiestate conspicuus est; sed tanquam SERVVS, tanquam hominum abiedissimus contemptissimusque conspicitur. Quis, ita iam olim exclamauerat IESAIAS LIII, prodigia illa ac portenta nuncians, quis credet relationem nostram? Aut quis, in hoc seruo, potentiam DEI deprehendet? VLTIMVS ENIM HOMINVM EST ET CONTEMPISSIMVS. בָּבוֹה וְחֶדֶל אֲשִׁים. En optimam vocabuli, de quo quaerimus, interpretationem! 'Ο υἱος του ἀνθρώπου, nihil aliud est, quam — HOMINVM INFIMVS ILLE. DER ALLERNIEDRIGSTE.

ETENIM hanc interpretationem, linguarum biblicarum vſus, de quo egimus, paene dixerim, nobis imperat. Ex eadem etiam optime

optime potest reddi ratio, cur *Apostolorum* nullus eo usus sit nomine, quo **SERVATOR** maxime delectaretur? Pugnare scilicet putabant cum summa, quae ipsi debetur, reverentia. Non enim, quum rex (vt *Fridericus Magnus* in egregio sen *Machianelli* monstris opposito) semet ipse, *reipublica seruum* appelle, tu quoque de eo referens, eodem nomine illum insignire auderes. — Ita vero se appellare amasse videtur **SERVATOR**, ad exstirpandam et funditus tollendam, quam fovebant *Apostoli*, de regno terreno opinionem.

Quodsi vero ex *praedicatis* optime possit cognosci, qualia sint subiecta; non amplius dubitari poterit, quin in eum, quo diximus, sensum sit interpretanda, τὸν νίον τὸν ἀνθρώπου denominatio. Ad binas classes renocari possunt cuncta, quae eam referunt loca: iungitur nempe praedicatis, quae aut vile quid denotant atque abiectum; aut illustre aliud ac magnificum. Vtrique generi optime conuenit ista interpretatio.

Ac prius quod attinet; ipse **SERVATOR** dicit, τὸν νίον τὸν ἀνθρώπου non habere, quo caput reponat, *Matth. 8, 20.*: illum flagellis rastum et cruentissima morte trucidatum *utri*, *Matth. 17, 22. 23. al.*: non vt imperet adeficere, sed vt serui instar famuletur, *Matth. 20, 28.* — Quodnam, quaeſo, subiectum excogitare possis, talibus praedicatis aptius?

**APTVS** autem adhuc ipsis videtur, quae *sublime* aliud, *excelsum*, *illustre*, referunt et *magnificentissimum*. Multo magis enim talis *virtus* lectoris excitat attentionem; eaque combinatione summi cum infimo, exigit quoddam quasi οἰκουμένην, quod lectorum concitat et in admirationem abripit. 'Ο νίος τὸν ἀνθρώπου, **ILLE**

HOMINVM VILISSIMVS — auctoritate pollet peccata condonandi,  
*Matth. 9, 6.* — HOMINVM VLTIMVS, angelorum choro stipatus, di-  
 vinaque ornatus omnipotens, in genti Iudeorum habebit iudicium.  
*Matth. 10, 23. coll. 16, 27. 28. cap. 24, 27. 30. q) 26, 64. Lut-*  
*18, 8. r)* — Idem ille MORTALIVM CONTEMPISSIMVS, cœn gene-  
 ris huiusmodi iudicem, conspiciendum se olim praebet, *Matth. 13,*  
*41. 25, 31.* — SURENI — DESPECTISSIMVS hicce, angelis virtutis tan-  
 quam ministris, *Joh. 1, 52. i)* mortis velut dominus, e sepulcro vi-  
 vus prodibit, *Matth. 17, 9;* in caelum ascendet, *Joh. 6, 62;* et gubernac-  
 nula rerum vniuersitatis tenebit. *Matth. 19, 28 f).* — Idem ille,  
 qui NULO NUMERO ESSE VIDETVR, olim in caelis fuit *Joh. 3, 13. v)* —  
 Quin hic VILISSIMAE SORTIS HOMO, totius generis humani *Sospita-*  
*tor est, atque Vulneris Rex; Matth. 18, 11. Luc. 9, 56. Joh. 6, 27.*  
*Matth. 16, 13. 19. w)* — *Vnde vero, si quis equum magni-  
 quoque regnorum in bimile oris illi via, regnorum*

omnesque illi inservient. *SED*

9) DUPLEX enim in N. T. scriptis  
 commemoratur adventus *τοῦ ἑωρακτοῦ τοῦ*  
*ἀπόστολον*, ad iudicium nempe in  
*Iudeos*, qui proxime infaret; alter  
 vero, ad iudicium in vniuersum ho-  
 minum genus. Postiore non tam  
 cito expectandum esse monebant au-  
 stores sacri, quin potius, antequam  
 existaret, secula forte clausura esse.  
*2 Petri 3, 3. 9.*

r) Πλάνη ὁ ἑωράκτης. “Iwo ne quili-  
 „dem grauissimis istis calamitatibus,  
 „gens haec ad amplexitudinem doctrinæ  
 „nam meam adduci se patientur.” —  
 „H. γη vulgo, Palæstinanam significat.  
*Lue. 21, 23.*”

s) In hunc enim sensum interpre-  
 tandus videtur tropus, ὁ φέρει τον  
 πύρων ἀνεψιότα &c.

t) Locutus hunc ab interpretibus  
 magnopere vexatum, ita intelligen-  
 dum esse censeo; “post meam in cae-  
 lum ascensionem, vos, apostoli mei,  
 „locum meum tenentes, Israelitas  
 „doctrina legibusque regetis.” conf.  
*Matth. 16, 18. 19.*

u) O. w) idem est ex genio linguae,  
 ag ὁ νῦν γ. *Joh. 9, 25.* Ita vero in  
 haec SIRATORIS sententia accipi  
 debere, ipse *Joh. 6, 62*, docet.

w) De loco hoc vberius dixi sen-  
 tentiam, in *Sentag. Evangel.* p. 274 sq.

II

SED haec quidem hactenus. Eo autem consilio scripta sunt  
ut nomine *Ordinis Theologorum* in hac litterarum vniuersitate, di-  
gnus summorum in Theologia honorum *Candidatus*, CHRISTIA-  
NVS LVDOV. GERLING, Prof. Rostoch, designatus, publice com-  
mendaretur. Ipsum prius audiamus de *Vita sua* referentem.

**Q**uantum prouidentiae atque benignitati diuinae debeam, et quam multa  
eminentiaque eius in omni vita mea adhuc exsisterint specimen, deuotissima  
ante omnia et gratissima mente agnoscere, quum ex voluntate Dignissimorum  
Virorum, qui summos Theologorum honores mihi conferre haud dedigna-  
buntur, curriculum vitae hisce litteris mandare audeam. Breuitati autem in  
hoc negotio vt, quantum fieri potest, studeam, ex iis quae iam ante septem  
annos et quod superest, Inlyto Philosophorum Ordini a me traditas sunt,  
repeterem mihi licet: natum me esse Rostochii anno scrutoris MDCCXLV.  
patre vnum IOACHIMO GUILIELMO GERLING, Phil. Doctore, ad Aedem  
Marianam Pastore Primario et Reuerendi Ministerii Directore, qui felicissimo  
coniugio vixit cum MARGARETHA AGNETA BECKER, cuius maiores  
plus centum annis, in verba patria tam Academiae inferuerunt, quam Verbi  
Diuini Ministerio percepito cum successu sunt.

Hi carissimi parentes quamdui in viuis erant, animum meum et litteras,  
quibus puerilis aetas imbuvi debet, imbuedendum curarunt, et praeceptis  
atque exhortationibus religione Christianae, vnicae ad veram felicitatem viae,  
a teneris me adsuferacere studuerunt. Sed premature vterque parens dece-  
vit, et in summo sane fors mea fuisset discrimine, nisi fratrum germanorum,  
intimiori amoris affectu necum coniunctorum, natu maior, PETRVS GER-  
LING, Phil. Doctor et ad Aedem Marianam Pastor Primarius, omnem vitam  
atque educationis curam benevoli suscepisse. Qui itaque usque ad annum  
aetatis meae decimum octauum ad addiscenda humaniora, quae vocantur, stu-  
dia institutioni Clarissimorum Virorum, beata Dei visione iam iam fruentium,

nic tradidit, et inde ab hoc tempore Doctorum in Academia nostra eruditio-  
nis laude maxime conspicuorum scholis adesse curauit. Vtus autem sum  
Praelectionibus Mathematicis, Logicis, Invis Naturals atque Philosophiae  
Moralis S. R. BECKERI, Metaphysicis ac Hebraicis Cel. LASII, et Theolo-  
gicis imprimitis b. QVISTORPII; quibus omnibus vt permulta alia beneficia,  
ita imprimitis hoc debo, quod de rebus diuinis distincte cogitare et fortasse cum  
enip̄. 38.1.2. quada dicere mature inciperem.

At quae iam tum ex aliquot annis initium cooperat, Corporum Academiorum Rostochiensium tritis disiunctio, et amplissima fama qua, vt par-  
est, apud nos celebratur Academia Georgia Augusta, in causis erant, vt an-  
no MDCCLXVII, exacto Paschatis festo et itinere per Lipsiam atque Halam Mag-  
deburgorum facta Goettingam abiire. Qua in Academia quum praesertim  
ex Theologorum Celeberrimorum solida institutione fructus capendi et ani-  
mus et aliorum consilium esset, per duo annos sedulo interfuis scholis Polemi-  
cis, Symbolicis et Historico-Ecclesiasticis aequae ac Litterariis S. R. WAL-  
CHII, Dogmaticis tam Theoticis quam Examinatoriis S. R. LESSII, Morali-  
bus, Paedagogicis et de Veritate Religionis Christianae praecepitibus S. R.  
MILLERI, Evangelicis S. R. ZACHARIAE, Theologi nunc Kiloniensis, et  
Illustris atque Celeberrimi MICHAELIS. Quantum vero mihi per tempus  
curriculo Academico Goettingensi destinatum licuit, tantum etiam vilitatis ex  
Cel. HOLLMANNI, GATTERERI, FEDERI, aliorumque Doctorum  
in hac Academia praestantissimorum praelectionibus ducere studui.

Vix autem absolute hoc vitae meae spatio, ad temporis in litteris  
consumti rationes reddendas et acceptas scientiarum cognitionis usum aliquem  
facendum, sapientissimo consilio Deus viam iam parauerat. Accidit enim  
prospero improviso, vt ab Inlyto Philosophorum Ordine Phil. Doctoris  
Artiumque Liberalium Magistri nomine ornato et in urbem patrum reuer-  
tenti mihi, ab Illustrissimo MÜNCHNUSTO, Academiae Goettingensis tum  
temporis Curatore Vigilantisimo, Oratoris Sacri in Aede Academica minus  
et officium S. V. LESSI, Academiae Ecclesiastis, vices supplendi sponte  
deser-

deferretur. Quod quum ex nuntiis arbitrioque diuino factum esse omnes indi-  
carent, nec equidem reculari volui; sed itinere anteā ad eos, qui sanguine  
et familiaritate mecum coniuncti sunt, in Patriam factō, ad h̄artam capesen-  
dā a. d. xxix. Septembr. MDCCLXIX. iterum Goettingam veni. Prospero  
etiam euentu Deum hoc opus, non nisi in sui nominis gloriam suscepsum, co-  
ronasse Academias Doctores putauerunt; adeoque, vi in vita hoc loco agen-  
da contentior esse possem, anni spatio et quod supererat; interictō Facul-  
tatis Theologicae Adiuncti dignitatem et petendi auctores et adipiscendi aadi-  
tores fuerunt. Quo facto statim scholas Theologicas aperire, et in hunc la-  
borem omne quod a negotiis publica aufloritate mihi demandatis tempus re-  
siduum erat, hanc sine fructu conuerte coepi.

Sed non diutius, quam per quatuor fere annos in hac Academia do-  
miciolum mihi destinaverat aeternus Deus, qui omnia fata mea sapientissime  
et benignissime ad hunc usque diem gubernauit. Suo enim, non meo con-  
filio factum est, vt anno MDCCLXXIII. ab Illustrissimo SECKENDORFFIO  
in Academiam Friderico-Alexandrinam, quae Erlangiae est, ad Prof. Theol.  
P. O. prouinciam succipendam vocarer; eodem vero tempore ab iis, penes  
quos Electoratus Hannoverani summi imperii administratio est, Londinum  
abire, et in S. R. VELTHVSII, Theologi nunc Kiloniensis, qui tum in  
aula Regia a concessionibus sacrī erat, locum succedere admonerer. *Huic offi-*  
*cio gerendo quum varias ob causas me subtrahere non possem, indulgentia*  
*coru, qui Erlangiam me arcessere voluerunt, et ipsius Illustrissimi SECKEN-*  
*DORFFI consensu indulgentissimo fretus, illad recusavi. Atque omni tem-*  
*poris rerumque Londini gestarum progressu magis magisque edocitus sum, ex*  
*intentione DEI et ad sanctissimos fines obtinendos in Angliam me demigrasse.*

Deus enim O. M. verbum de ore suo egressum et ab indignis labijs  
meis annunciatum in nonnullorum, eorum maxime, qui ob aetatem vitaeque-  
genus facilissime ad scelera trahuntur, animis tam efficax esse voluit, vt cer-  
tissimam spem alere possem, non vacuum hoc verbum ad eum reversum esse,  
sed ea quae vult, fecisse. O quam grata mihi semper non in hac solum, sed

in futura etiam, quam per Iesu Christi gratiam exspectare mihi licet, vita annorum LONDINI peractorum erit recordatio! Sed non unicum hoc est, licet notatum dignissimum, quod in hac urbe celebrare potui, misericordiae ac benignitatis diuinae erga me testimonium. Deo etenim eique soli debeo, quod inter eos, qui coetui meo adscripti fuerint, alii atque alii tanta caritate mecum coniuncti fuerint, et tanta in me collocaverint beneficia, ut nisi ingratissimi, atque iniustissimi nomine dignus existimari velim, viuidam huius fortunae menoriem ad extremum usque vita: halitum conservare debeam. Deo porro eique soli debeo, quod de Augustissimi REGIS atque REGINAE Augustissimae clementia statim in principio certiorem evadere mihi licuerit, et tot tantaque eius per omne, quod Londini transegit, tempus documenta acceperim, ut HVIC REGI atque REGINAE HVIC totus deditus esse, nunquam desinere possim; et tristissimo fane animo in urbem patriam nunc redirem, nisi et in posterum licitum esset, Regem Dominiisque M V M, et Reginam Dominamque MEAM eos appellare.

Hoc autem mihi non ob innumera solum, quibus familiae Regiae equidem deuinctus sum, beneficia, sed propterea etiam licebit, quod ipse Serenissimus Princeps ac Dominus Tervarum Megapolitanarum, FRIDERICVS, Princeps ac Dominus meus longe Clementissimus! tam caris capitibus quavis data occasione dicatum: se esse profertur. In HVIVS ditionem me reuerti iussit diuina prouidentia. Ex Dei enim voluntate, a Ciuitatis Rosochiensis PATRIBVS CONSCRIPTIS b. IO. CHR. BVRGMANNI, SS. Theol. Doct. Prof. P. O. et ad Aedem Spiritui Sancto dicatam Ecclesiastis successor electus atque vocatus sum. Faxit Deus Ter Optimus Terque Maximus, ut et in nouo hoc munere ex voto omnia succedant, et quaecunque conabor in Altissimi Sui Nominis gloriam atque Ecclesiae emolumentum pertingant!

Iam ex more addo indicem scriptorum qualiumcunque data occasione in lucem a me editorum:

Dissertatio Inauguralis Philosophica: de Cognitione Dei rerumque diuinarum Analogica Goettingae 1769.

Differ

Dissertatio theologica; Praeside S. R. W. L. M. ventilata; de Concordia Rationis et Fidei in describenda Labe Hominis Naturali. Goettingae 1770.

Ei. Dissert. Pars Posterior, pro Loco Adiuncti Fac. Theol. sine Praeside defensa. 1771.

Abriz der Vorlesungen über die Dogmarik.

Nachricht von meinen Vorlesungen über die practische Theologie. Göttingen bey Dietrich. 1771.

Predigt am Neujahrstage 1772, in der Universitäts-Kirche zu Göttingen gehalten. Ebend.

Tabelle zum Gebrauch bey dem Vortrage der practischen Theologie.

Von der Vorbereitung zum Tode. Eine Predigt. London 1774.

Predigt bey der feierl. Einführung des Hrn. Mag. Wolffs, dasmahligen Predigers an der St. Marienkirche in der Savoy zu London; jetzigen Predigers bey den Evangelischen Gemeinen zu Aachen, Burgscheid und Vales. 1774.

Dabam in Academia Georgia Augusta a d. XVI. Decemb. MDCCCLXXVI.

Hic itaque Vir Summe Reverendus, sex abhinc annis, quum Adiuncti Facult. theol. honores ambiret, adfuit ex legum voluntate confessui nostro, et colloquio nobiscum habito monstrauit, non ex consuetudine peti, sed iure sibi deberi honorificum THEOLOGIAE DOCTORIS titulum. Quid multa? Illustre in hac academia, *Virorum Celeberrimorum Concilium, GERLINGIVM*, olim iterumque nostrum, quum aliquot ante annos religionem publice, e fugitivo sacro profiteretur, attenti audire, colere adeo ac diligere solebant. Quam ob causam nullus dubito, fore ut *Magnificus Academiae Professor, Comites Illystrissimi, Professores omniam ordinum Clarissimi, reliquique qui hanc academiam ornant, vna cum innenum coetu,*

coetu, ad audiendum Candidatum doctrina, moribus meritisque clarum, de divina Christi natura in ante diem XXVIII Decembr, publice disputaturum, frequentes adsint; quo quidem in illum, nostrumque ordinem benevolentias documento, diem hunc reddent illustriorem. Atque hoc quidem est, quod nomine Ordinis mei, summa animi obseruantia rogo.

P. P. in Academia Georgia-Augusta d.XXVII Decembr.

MDCCCLXXVI.



Na 32.

vd 18

ULB Halle  
005 367 468



3



30.

ORDINIS THEOLOGORVM  
IN ACADEMIA GEORGIA AV

H. T. DECANVS ET BRABEV

# GOTTFRIED LES

*VIRI SVMME REVERENDI*

# CHRISTIANI LUDOVICI

THEOLOGIAE IN ACADEMIA ROSTOCHI  
PROFESSORIS DESIGNATI

*IN AVGVRalem DISPVTA*

IN A. D. XXVIII DECEMBER

HABENDA M

INDIGENOUS

*Nonnulla de FILIO HOMINIS*

GOETTINGAE  
LITTERIS FRIEDR. ANDR. ROS  
MDCCCLXXVI.

